

IOANNES PRAESVL CONSTANTIENSIS.



IOANNES PRAESVL CONSTANTIENSIS.
I Oannes eruditio[n]e et moru[m] integritate suo tem-
pore in superiori Germania insignis extitit. Is à
S. Gallo institutus, & optimè educatus fuit. Cum
itaq[ue] Gaudentius Constantiensis præful mortuus
esset, atq[ue] S. Gallus ad Episcopatum uocatus ho-
nestē recusaret, ipsius consilio hic Ioannes sextus
Constantiensis Episcopus electus fuit. Id quod fa-
ctum est Anno Domini sexcetesimo sexagesimo.
In eam electionem Cuntzo dux Sueviæ, qui ea lo-
ca Francorum regum nomine gubernabat, atque
Uberlingæ residebat, consenserat. Itaq[ue] Iohannes
eam functionem magna dexteritate peregit, atq[ue]
præclarí luminis instar in ea Ecclesia fulsis. Is tan-
dem ætate fessus obiit, & Obhardam successorem habuit, Anon in Constant.
Episcopis.